

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. 65. partis 4. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

rub. qua sit subrogationis praxis Gallia n. 4. & seq. & par. 3. cap. 163. n. 9. Unde bene potuit dictus Abbas eundem prioratum conferre Scoto, qui proinde est legitimus ²⁹ contradictor adversus gratiosè subrogatum, Rot. coram Merlino dec. 1. n. 18. cum art. tis relatis in recent. dec. 65. n. 36. par. 11.

Nec refragante propterea dispositione cap. 1. & 2. ut sit pend. cum illa non amplius locum habeat in Gallia stante praefata confuetudine, de qua Rebuff. & Sanleger. ³⁰ in loco mox allegato, & quam in ultramontanis partibus servatam Rota in illacum causis amplecti solet ad ejus normā literis decidendo, ut apud Put. dec. 167. l. 3. & dec. ³¹ 304. m. 2. vers. quam opinionem penes Cens. de cens. & alibi sapè. Cumque in vim concordatorum sit locus preventioni inter Sedem Apostolicam, & locorum Ordinarios, ut praeceps in illis disponitur, ut notat Gonzal. ad reg. 8. gl. 25. n. 19. & 20. eo ipso quod fecutā morte Cameret Ordinarius prævenit conferendo Prioratum eidem Scoto, e- ³² tam possessione subsecutā, inde excluditur gratiosa subrogatio per alterum colligi- gantem ab Apostolica Sede postmodum impetrata iuxta sententiam Sanleger, & a- liorum superius allegatorum, licet ad effectum, de quo agitur, nimurum ad denegandam immisionem gratiosè subrogato, fatis esse videatur reservationem non fore ³³ notoriam & indubitatem, ut ceteris adductis in puncto cœlituit Rota dec. 58. per rot. co- ram san. mem. Gregorio XV.

Et ita utraque &c.

Ad Quæst. 65. partis 4. Additio.

De materia immunitatis Ecclesiastice vid. Covarruv. l. 2. var. resolut. c. 20. Jul. Clar. S. fin. quæst. 30. Jodoc. Damhouder. in praxi crimin. cap. 106. Blos. in pract. crimin. si. de capitura num. 20. & seqq. Decian. in tract. crimin. par. 2. l. 6. cap. 25. & seqq. Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. quæst. 28. Et hodie ad terminos constitutions Gregorii XIV. & ejus interpretationem vide plenè Fagnan. in cap. inter alia de immunit. Eccles. ubi colligit septem casus, in quibus sine omni controversia rei ad Ecclesiastici confugientes immunitate non gaudent, videlicet primò publici latrones & graffatores viatum, 2. nocturni depopulatores agrorum, 3. committentes homicidia & mutilationes in ipsis Ecclesiis, 4. Assassini, 5. proditorii homicidae & hereticorum, 6. apostatae à fide, 7. rei læse majestatis in personam ipsius Principis.

LII 3

AD